



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Mennas Mart. 10. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

tem corporis, multò pluribus deinde animorum tulit, qui verbis mirisque ejusmodi inducti facile Christianis accesserunt; tunc præsertim, cùm novo hospiti cedere hospitem Orcinum viderunt, qui è puerō Syri imperio illicò ad ergastula sua migravit. Addo è plurimis aliis illud, quod unum Papiensibus admirationem parare poterat; nobis justissimum metum potest, si impiati sacramensam frequentemus. Ausus est Hebræus inter Christianos profanis accumbere, divinum cibum ore exceptum non stomacho, sed cœno post sacra daturus. Prohibuit Numen, & vindices ignes se ore servare scelus advertit, qui tamdiu miserabili incendio impurum exusserunt, dum quæ palato impio pendebat, Hostiam sacram SYRI manibus reddidit. Quid hīc Christiani? porrò mensam cum Iudeo impuri acceditis? Non sentitis ultores hos ignes & graviores sentietis. Ex Surio.

Si qui regiam purpuram coinquant, handsecus quām in eam scindunt, puniuntur? quid mirum si qui immundā conscientiā Christi corpus accipiunt. idem supplicium subeant, quod qui eum clavis cruci affixerunt? S. Chrysost. hom. 45. in Ioan.

S. MENNAS MART. 10. Decembris.

MENNAM Maximinus Antiochiae præfecit suis, ut quidem putabat, sacris, reverè Christianis addictum. Erravit feliciter tamen Imperator, neque Respublica umquam melius illuc stetit, quām cùm Christianis jus Christianus Proconsul diceret, & alios verbis, alios miraculis, omnes vitæ exemplo ad Christum traheret. Id ubi aliquantò seriùs rescivit Maximinus, qui rem

Cc 3 Deorum

Deorum restitueret , Hermogenem misit . Hic de loco ac mimere MENNAM , sed non perinde de constantia dejecit : ut qui resecta fœde à pedibus carne in sententiâ tamen persistit , neque post eru-
tos oculos linguiamque vel à viâ virtutis excessit ,
vel clamare animo Christum destitit ; quin cùm
sub noctem medicinam membris omnibus ipse Ch-
ristus fecisset , & Angeli palam se Martyri jux-
fissent , afficiare etiam se Hermogenes non dubitavit ,
pulchrâ metamorphosi ex tyranno Episcopus urbis
factus . Tot damnis maestatus Imperator ipse adfuit ,
Deosque & se ulturus , Hermogeni manus pedesque
auserrâ cremarique , ipsum ventre disciffo aquis met-
gi , MENNAM vero ex arbore , ex MENNA pede sa-
xum suspendi jussit , nobile anathema . Sed ecce
mortem tunc uterque , sed postridie Maximinu-
rum triumpharunt capite truncati . Offa quoquo-
rumque ferreâ condita & in mare abjecta nautæ An-
geli Byzantium deportarunt , à loci Antisite tumu-
landa . Ibi molliter nunc quiescent , qui duriter o-
lim vixerunt . Ex Surio .

*Si tantâ curâ agitur , ut aliquanto plus vivat-
tur , quomodo agendum est , ut semper vivatur ? Et
si prudentes dicuntur , qui omnibus modis agant , ne
perdant paucos dies , quā stulti sunt qui sic vivunt ,
ut perdant aeternum diem ? S. Aug. serm. 64. de verb.
Dom.*

S. E V L A L I A V. & M. 10. Decembri.

E Merita Lusitaniae oppidum , oppidi longe
maximum decus EVLALIA est virgo , que
plures palmas quam annos , dum vixit , numerat-
vit . Certè annum cum vix duodecimum ageret ,
seviterque in Christianos impietas , vigilem liecit
paren-